

Vicesima est diffinitio, que rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute⁶⁹, hoc modo: *Perseverantia est in ratione bene^u considerata stabilis et perpetua mansio⁷⁰*. Hec potest sic reduci ad epistolarem cursum: *Relatione intellexi veridica mei cordis intrinseca ingenti doloris aculeo sauciente te in eius dispositionis habitum transivisse, ut sic malo perseverare velis, cum forsitan perseverare velis, ut in bono, existimans, quod exscribi constantie debeat, ita leve partis in devio continuum cursum perficere ut in dextera. Quare cum perseverantia sit in ratione bene considerata stabilis et perpetua mansio et omne malum careat ratione, tue dilectionis sinceritatem duxi presentibus exorandam, quatinus opinionis false conceptionem de tue intentionis proposito indecenti radicitus eradicans in bono tantummodo perseveres.*

Vicesima prima est transitio, que, cum ostendit breviter, quid dictum sit, proponit item brevi, quid^v consequatur⁷¹, hoc modo: *Qualiter in competenti structura Ulricus Polonus peccaverit, audivistis. Nunc qualiter in scriptura peccaverit audiat.*

Vicesima secunda est correctio, que^w tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod (magis) idoneum videtur^x, ponit⁷², hoc modo: *Suo benefactori precipuo, immo^y patri. Vel sic: Sapientum clamat auctoritas, quod sola, quasi sol, est mundo scientia, dum felicitatis parens et glorie sit expers paris, immo^z quodam dignitatis privilegio superiorem prelata non patitur nec priorem⁷³.*

Vicesima tertia est occupatio⁷⁴, cum dicimus nos preterire aut nescire aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus⁷⁵, hoc modo: *Omitto*

-
- | | | | |
|-------------|------------|-------------|-------------------------------------|
| u) boni Hs. | v) qui Hs. | w) quod Hs. | x) übergeschrieben; getilgt est Hs. |
| y) imo Hs. | z) imo Hs. | | |
-

69) Vgl. Rhet. Her. IV 35.

70) Cicero, De inventione II 164, ed. H u b e l l (1976) S. 330: *Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio.*

71) Vgl. Rhet. Her. IV 35.

72) Vgl. Rhet. Her. IV 36, danach die Ergänzung *magis*.

73) Aus einem Brief Heinrichs an einen Magister Johannes, E m l e r S. 1128 Nr. 2596: „*Freta sentencijs, rationibus circumfulta, roborata consilijs, preradians argumentis reverenda dictat auctoritas antiquorum, quod sola quasi sol sit mundo scientia, dum ...*“ usw.

74) Die antike Bezeichnung dieser Figur ist unklar. In den Ausgaben der Rhet. Her. wird sie occultatio genannt (Konjektur Spaldingius; vgl. A c h a r d S. 174). Zu griechischen Bezeichnungen und zu weiteren antiken Stellen vgl. C a p l a n S. 320 Anm. a und A c h a r d S. 174 Anm. 198.

75) Vgl. Rhet. Her. IV 37.